Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift



302

& eius memoriam se orationibus suis frequentare. Com
pleta expiatione conuertit pontifex ad altare. incipi
ens antiphonam. Introibo ad altare. cum psalmo. Et
fundit quod remansit de aqua purificationis ad
basim altaris. quia quod ipse nequit. humiliter
domino committit purgatione. scilicet subdito eius ipse
tamen homo cooperari & collaborare potest. initio
autem & perfecta mundatio soli dei est. Hinc est quod i
sacrificiis veteris testamenti sanguis hostiarum ut in
cornibus altaris ponebatur. ut ex aliquibus hostiis di
gito sacerdotis contra dnm aspergebatur. & quod reli
quum erat ad basim altaris fundebatur. quia sacer do
tum est quicquid possumus ad utilitatem gregis sibi
commissi facere. quod autem uires suas excedit domino
commendare. Qua forma primus pastor pastoribus
reliquit. cum passionis ad propinquis pater dixit. Pater
serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi. Sic
& paulus in articulo mortis. cum esset. dum ad basim
altaris aquam fundens discipulos commendabat
domino dicens. Et nunc commendo uos domino & iubo gre
ditur. Quod cum immutat antiphonam. dicit enim se i
turum ad altare dei. idest ad illud altare quod sig
nificat pulchrum intuibile. ad quod non pertinet oculus